Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8340
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



Maria optimam partem elegit que non auferetur ab ea. In octa
Ego quasi vitis fructificavi. Lectio libri sapientiae.
suavitatem odoris. Flores mei fructus honoris et
honestatis. Ego mater pulchre dilectionis timoris. agni
tionis sancte spei. In me gratia omnis viae veritatis in me
omnis spes vitae virtutis. Transite ad me omnes qui con
cupiscitis me et a generationibus meis adimplemini. Spiritus
enim meus super mel dulcis. Hereditas mea super mel
favum. Memoria mea in generationes seculorum. Qui edunt
me adhuc esurient. et qui bibunt me adhuc sitient. Qui
audiunt me non confundent. et qui operantur in me non peca
bunt. Qui elucidant me vitam eternam habebunt. In vig.
Bartholomei ap. lectio. Beatus vir qui inventus est. Cui
Ego sum vitis. In die sancto lectio. Letamur quoniam
diligentibus deum. Secundum lucam.
Illo tempore. Facta est contentio inter discipulos ejus. quis
eorum videtur esse major. Dixit autem eis. Reges gentium
dominantur eorum. et qui potestatem habent super eos benefi
ci vocantur. Vos autem non sic. sed qui major est in vobis
fiat sicut minor. et qui praecessor est sicut ministrator. Nam
quis major est qui recumbit an qui ministrat. Nonne
qui recumbit. Ego autem in medio vestrum sum sicut qui
ministrat. Vos autem estis qui permansistis mecum in tempt
ationibus meis. Ego dispono vobis regnum. ut edatis
et bibatis super mensam meam in regno meo. et sedeatis sup
thronos iudicantes duodecim tribus israel. In de colla
Memoria visitationis. S. Johannis Baptiste.
Compositione odoris facta opus pigmentarii.
In omni ore quasi mel et mellis dulcior erit eius memoria.